



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Praelatus in pr[a]eceptis quadrupliciter peccat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

Prelatus in præceptis quadrupliciter peccat.

Primo, si superbè, & cum austeritate præcipit. Vnde Eze. Væ Eze. 34
 pastoribus Israel qui pascebant semetip sos: non ne greges pasceuntur à pastoribus? lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod crassum erat occidebatis; gregem autem meum non pascebatis. quod infirmum fuit non consolidastis, & quod ægrotum non sanastis. quod perierat non quaesistis, sed cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia. Secundo, si nimia & graua præcipit. Alligant enim Mat. 23
 onera graua & importabilia, idest imponunt super humeros hominum, digito autem suo nolunt ea mouere, dicebat saluator. Vnde Bernar. Bernar.
 Quid sit per eos iugum uestrum aggrauatis, quorù onera potius portare debetis? Quod fratrum est non alligatis, &c. 4. Re. 2.
 Dicebat Heliseus ad Heliam. Pater mi, Pater mi, currus Israel, & auriga eius. Prælatus debet esse auriga, ut subditos regat; currus ut onera portet. Propterea aliud est quod qui Pro. 30.
 nimis emungit, & elicit sanguinem. Sed prælati debent esse sicut

CHRISTIANA

Mater lac dulcedinis subditis propi-
nando. Tertio, si in præcipiendo
sensum suum uoluntati dei, & con-
solationibus fratrum anteponit.

Mat. 15 Contra tales dicit Dominus. Irru-
tum fecisti mandatum dei propter
traditiones uestras. Quarto, si in
præcipiendo propriam utilitatē qua-
runt & non fratrum suorum sicut di-
cebat Paulus. Omnes quæ sunt qua-
runt, & non quæ Iesu Christi.

*Penitentiam agere debemus pro-
pter quinque.*

Primo, quia & à sacra scriptura
& ab omnibus sanctis ad hoc
hortamur. Vnde prædicatio
Christi, & beati Ioannis Baptiste
à penitentia incipit. Secundo, quia
nisi penitentiam agamus, omnes per-
clitatur. **Psal. 7.** Nisi conuerſi fue-
ritis, gladium suum uibrabit, &c.
Eze. 18: Tertio quia per penitentiam ab om-
nibus peccatis mundamur. Ezech.
Si uir impius egerit penitentiam ab
omnibus peccatis suis, & cetera quæ
Chriſo. sequuntur. Vnde D. Chriſostomus
Penitentia cor emundat, & sensus
illuminat, animam sanctificat, & ad
susceptionem Christi præparat.
Quar-